rum poſſeſſorem rogare poſſumus & Fidei ipſius committere, ut hunc vel illum ad hereditatem ſecum venire patiatur, *arg. §. præterea.10 J. de Fideicomm. hered. l.1. §.5. ad Trebell. l.1 §. ult. de leg.3.* Reuſn. *d. tr. de Cod. cap.7. n.22.*

(d) Scilicet notanda eſt prærogativa Codicillorum Teſtamento confirmatorum. Eis enim, tanqvam particulis ſeqvelis & imitationibus Teſtamentorum, *l. qvidam referunt. 14. pr. l. ab inteſtato. 16. ff. h. L. ſicut Codicilli. 11. ff. Teſt. qvem. aper. l. ſi qvis in gravi. 3. §. ſi qvis Codicillos. 25. ad SC. Silan. l. in bello. 12. §. Codicilli. 5. de captiv.* excepta ſola hereditate, omnia directis verbis relinqvi poſſunt. *(e) l. 43.* ibi: libertates directæ & Teſtamento & Codicillis Teſtamento confirmatis rectè dantur; Fideicommiſſæ, & ab Inteſtato & Codicillis non confirmatis relinqvi poſſunt, *ff. de manum. Teſtam. l. conficiuntur. 8. §. ſi ei ſervo. 5. ff. h. l. qvidam Teſtamento. 96. §. fin. de leg. 1. l. uxorem. 41. § Codicillis confirmatis. 2 de legat. 3.* (f) *L. Teſtamento. 3 pr. l. cum Codicillis. f. de Teſtam. Tutel. l. etſi à patre. 1. C. eod.* ſicut & directè illis adimi poteſt, *d. l. etſi à patre. l. Tutor datus. 8. pr. ff. de Teſt. tutel. Sim. de* Præt. *J. U. V. lib. 2. fol. 10. n. 12.* Bocer *d. l. lit. c.* Harpr *ad d. pr. h n. 25.* Tuſch. *Pract. concl. tom 1. lit. c. concl. 406. n. 18.*

THES. XI.

Codicillis ſive Teſtamento confirmatis ſive non confirmatis & ab Inteſtato factis, directò heres inſtitui, *(a)* ſubſtitui *(b)* & qvis exheredari; *(c)* Imò conditio inſtitutioni *(d)* adjici *(e)* aut adjecta tolli *(f)* non poteſt.

(a) *§. 2. J. de Codicill. l. 10. ff. eod. l. 2. & l. 7. C d. t.* Mant. *de C. U. V. lib. 6. t. 4. n. 3.* Duaren. *ad tit. de Codicillis. verſ. alia differentia.* Sichard. *ad rubr. C. h. n. 2.* Tuſch. *tom. 1. lit. C. concl 406. n. 1. & 2.* ne qvidem Teſtatoris liberi, cùm ſpecialiter illis hoc conceſſum in jure non reperitur, *arg. l. præcipimus. 32. § f, C. de appell.* Nic Reuſn. *tr. de Codicill. c. 7. n. 27.* Bocer. *Cl. 2. diſp. 6. th. 12.* Harp. *ad §. 2. J. h. n. 9.* Præſertim ſi Diſponens expreſsè tabulas iſtas Codicillos nominâſſet. Secus ſi nullo aut generali ultimæ voluntatis titulo inſigniviſſet Tuſch. *d. concl. 406. n. 32.* Sivè etiam inſtitutio fiat in totam maſſam, *§. Codicillis. 2. J. h. l. ſi ei. 2. § f. l. qvod per manus. 10. ff. eod. l. hereditatem. 2. l ſi idem. 7. C. h. t. l. aſſe toto. 77. de hered. inſtit. L. inſtitutio talis. 10. de*

con-